cũrsus placabilem atq flexibilē
p̄bebat se· Nam seuienti vel poti⁹
feruenti preceperunt vt ire Thā
sum non recusarēt dixerūt p mu
rū eum deponi oportere· et passus
est· Huius rei ḡtia ista faciebat
vt predicationi diuti⁹ insisteret·
cū multis hinc credentib⁹ iret ad
xp̄m· Metuebat ꝑfecto ne forte
pauper hinc atq inops multoꝝ
salutis abscederet· Ceterū cum hij
qui sub vno pugnāt magistro vi
derunt īfixa vulnera· fluentē san
guinem: ne sic hostib⁹ aliquando
cedentem: sed stantē fortiter has
tasq vibrantem et crebris ictibus
aduersarioꝝ corruentem nec om
nino dolori parcentem: absq du
bio tanto dulci alacritate subdū
tur· Hoc itaq factū est in Paulo
Videntes enī illum ligatum cathe
nis et nichilomin⁹ in carcere predi
cantem Videntes eciā ipsum vul
neratum et tamen verberantes ip
sos sermone capientem: maiorē
ꝑfecto fiduciā colligebāt· Idq
significās ait ita· Vt plures e fra
trib⁹ cōfidentes inde maiorē habe
rent audaciā sine timore verbum
dei loqui Tunc certiorē alacritatē
et ipse capiebat ac vehementi⁹ in
aduersarios ferebatur· Sicut enī
ignis in diuersas plerūq materi
as incidens: augetur magis et in
crementa sortit· sic et ligua Pau
li quibuscūq fuisset admota ad
se eos cōtinuo trāsferebat· impug
natorib⁹ quoq eius pabulū spū
ale hinc efficiebatur· Igni qꝫ per
ipsos euāgelij magis flāma cres
cebat· Hec Crisostomus

¶ De sancto Kiliano historiā re
quire in fine·: (fratribus)

De septem ~~dormientibus~~ ·:·

SEptem fratres fuerunt fi
lij beate felicitatis quoꝝ
nomina sunt Januarius
Felix· Philippus Siluan⁹· Alexā
der· Vitalis et Marcialis· Hos om
nes cū matre iussu impeatoris An
thonij Publius p̄fectus ad seuo
cari fecit· Suasitq matri vt sui et
filioꝝ suoꝝ misereri deberet· Que
ait· Neq blādicijs tuis potero al
lici: nec terroib⁹ frangi· Secura ei
sum de spū sancto quē habeo: qꝛ
te superabo viua· et melius vincā
occisa· Et cōuersa ad filios ait· Vi
dete filij mei celum et sursū aspicite
carissimi quia ibidē vos xp̄s ex
pectat· Fortit p xp̄o pugnate et fi
deles vos i xp̄i amore exhibete Qd
prefectus audiens eā alapis cedi
iussit· Cū ergo mater et filij in fide
constantissimi pmanerent ōnes
matre vidente et cōfortante diuer
sis sūt supplicijs interempti· Hāc
beatam Felicitatē vocat Grego
ri⁹ plusq martirem: quia septies
passa est in septē filijs· et octauo
in corpore pprio· Gregori⁹ in ome
lia· Beata Felicitas que credendo
extitit ancilla xp̄i: predicando ec
facta ē mater xp̄i· Septē quippe
filios sic p⁹ se viuos timuit relinq
re· sicut carnales parentes solent
metuere ne mortuos premittant·
Parturiuit spū quos carne pepere
rat: vt p̄dicando pareret deo q̄s
carne pepererat mundo· filios suos

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0314
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG